



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Soc. Iesv Ignativs Sive De Vita Et
Gloria S. Ignatii Loiolæ Soc. Iesv Conditoris Libri Tres**

Bidermann, Jakob

Antuerpiae, 1635

Amor Dei. Cap. III.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10788217-5

IGNATII *in DEVM amor.*

CAP. III.

10. **N**EQVE sterilis hæc IGNA-
TII virtus aut improlis
fuit. Nam sui despicientia mul-
tum profuit ad DEI amorem pa-
riendum, cuius ille singularem per-
fectionem obtinuit; eamque ibi
maximè prodidit, vbi maxima
quæque eius amore erant perpe-
tienda: ratus, hoc olim Romanum
insigne, iam esse Christianum,
ET FACERE FORTIA, ET PATI.
Sed ea, quæ quantaque fuerint, su-
prà licuit videre. Certè verò præ-
dicabat, si vsu veniret, delicata om-
nia, quæque prima mortalibus ha-
bentur, comparari; tanti ea sibi
numquam fore, quanti carcer in-
iuriæque fuissent, in DEI gratiam
exantlatæ: nec aliunde accidere
tantū animo gaudium posse, quod
eam æquaret voluptatem, quam in
perferendis pro CHRISTO con-
uitijs hausisset. Idem à Socio fa-
milia-

mi
ret
&
ma
Qu
mu
ru
qu
qu
lan
bus

Ig
cōp
qu
ru
ciu
om
ver
ten
ret
vt
mo
ru
per
ad
per

miliariter rogatus, Ecquam duce-
ret omnium expedi tiffimam simul
& breuiffimam viam, quâ ad opti-
mæ vitæ conditionem euaderetur:
Quâ aduerfis, inquit, rebus exerce-
mur; Christi que cauffa iugibus æ-
rumnis fluctuamur. Et ftude tu in-
quit, hanc ab eo gratiam inire:
quam vbi acceperis, non fanè fo-
lam habebis, fed multis alijs opi-
bus comitatam.

II. Hæc talia facere dicere que
IGNATIVS solebat: nobis interim
cōplura charitatis, quâ in DEVM,
quâ in mortales, argumenta patue-
runt. Illuc enim referendum hoc
eius est fcitum, quo, dicta facta que
omnia in DEI maiorem gloriam
verti femper cupiebat: non con-
tentus, fi nihil eius ingratijs face-
ret; nifi id etiam confequeretur,
vt illi gratioribus obfequijs gerere
morem affiduè poffet. Quare dua-
rum rerum optimarum, eam fem-
per complectebatur, quæ propius
ad fupremum Numinis honorem
pertineret.

12. Iam ab eodem fonte exstitit ingens illud, de quo supra memorauius, DEI videndi desiderium: vt, quoties de moriendi necessitate in mentem veniret, gauisus lacrymas non tenuerit. Neque id eò solum, quò summum sibi bonum fruendum citius obueniret; sed vt gloriam CHRISTI, tantopere amati, coram intueretur. Sub annum M. D. XLI. mense Quintili, pro re natâ dicentem audijmus, factâ duarum rerum optione, vt vitâ vel confestim excederet, cæli securus; vel superstes aliquamdiu, sed non proinde certus, degeret: in hâc se partem iturum esse, dum præclarû aliquod operæpretium DEO facere interim liceret; periculo præobsequijs contempto. Nam quis mortalium, inquit, est Principum, qui, oblata videns stipendia tantisper à milite differri, quoad pluribus illa titulis promereatur, non obstrictum se vicissim credat, ad eadem illi vel tutò conseruanda, vel etiam duplicanda? Et Principes

pes

pes igitur nostri hoc soleant; negligeret DEVS? aut beatitudinem, utique suâ causâ dilatam, pateretur amitti? Alius hæc, inquit, deliria somniet: animum ego, ut hæc de DEO, Principe tam facili ac munifico, credam, inducere non possum.

14. Subierat fortè reputare, equis sibi sensus foret, si quâ infernis ignibus addiceretur. Iuuat autem in hanc rem ea exscribere, quæ in membranâ ipsemet subnotarat. *Duabus, inquit, rebus defixus hærebam: alterâ, quæ ibi supplicia mihi forent luenda; alterâ, quibus ibidem quantisq; DEI nomen conuictijs peteretur. Ac priori quidem nihil adeò moueri me, neque terreri sentiebam; ceterùm, audire illas diuinissimi Numinis iniurias, id demum magno me opere sauciabat.* E quibus verbis haud obscurum est arbitrari, quanto amore arserit, qui pœnarum inter pœnas, sui que ipsius oblitus, solius DEI iniuriâ percelleretur.